Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



39

diffundat. Proprium est autem scorpionis quod manum palmam
ni feriat. Cantarida uermis terrenus. Multiplices uermis
tenuis ex multitudine pedum uocatur qui contractus in
globum complicatur. nascitur sub petris ex humore & terra. Limax
uermis limi dictus quod in limo ut de limo nascatur. unde
& sordida semper & immunda habetur. Bombex frondium
uermis ex cuius textura bombicinum conficitur. appel
latus autem hoc nomine eo quod euacuetur dum fila generat. & aer
solus in eo remaneat. Eruca frondium uermis. in holere &
in pampino inuoluta a erodendo dicta. de qua meminit
plautus. imitatur nequam bestiam & maleficam inuolutam
in pampino implicat. sed eadem nec aduolat ut locusta. ut huc
illucque discurrens semipasta dimittat. sed permanet priuris
frugibus & tardo lapsu pigrisque morsibus uniuersa consumit.
Teredonas gemi uocant lignorum uermes quod terendo edant. hos
nos timites dicimus. ita enim apud latinos ligni uermes uocantur
quos tempore inopportuno cesse cesse arbores gignunt. Tinea
uestimentorum uermis dicta quod teneat. & eo usque insidat quo
erodat. unde & pertinax quod in eandem rem identidem urgeat.
Vermes carnium. emigraneus. lumbricus. ascaride. costi pedi
culi. pulices. lendix. tarmus ricinus usia cimex. Emigraneus.
uermis capitis uocatur. lumbricus uermis intestinorum dictus
quasi lumbicus quia labitur. ut quod in lumbis sit ut quod in lum
bis sit ascaride costi pediculi. uermes cutis a pellibus
dicti unde & pediculosi dicuntur quibus pediculi incorpore
efferuescunt. Pulices ut uocati sunt quod ex puluere magis nu
triantur. Lendex. tarmum uermis est lardi. Ricinum uermis est canis
uocatur quod haereat in auribus canum. Cenos enim grece canis est.
Vsia uermis est porci appellata quia urit. nam ubi momorderit

d. cantarida.

d limace.

De Bombice

d Eruca.

d Tedama.

d Tinea.

d Vmbi carnium